



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Censurae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

- inter idiotas , licet sint mortiferi. eadem
ibidem.
- 11 Nec in carnalibus, vbi adeat periculum
scandalorum, vel cadere potest suspicio
ob frequentem editum ad Ordinarios.
eadem *ibid.*
- 12 Nec restitutionem incertorum sibi re-
seruent.eadem 14. Iunij 1619.
- 13 Nec eorum absolutionem , qui nocte
per civitatem in honeste canentes deambu-
lant. ead. 16.Octob. 16.5.
- 14 Nec eorum, qui violant dies festos. ea-
dem 16.Ianuar. 1615.
- 15 Reseruent paucos , eosque maximè ne-
cessarios, atrociores, & grauiores.eadem
26.Nou. 1602.
- 16 Casus reseruati in Synodo sunt perpe-
tui; qui verò singulis annis extra Synodū,
morte reseruatis expirant, nisi per suc-
cessores confirmantur. *Zetola in praxi V.*
Casus reseruati ad quartum.
- 17 Lcentia absoluendi à casibus Episcopo
reseruatis dari potest viua voce . Congr.
Episc. 26.Nou. 1602. *Absolutionem. 36.37.*
Confessarius nn. 17.33. Eucharista. nn. 30. Le-
gatus. n.6.8. Pamentarius. nn. 22. Reftitu-
tio incertorum nn. 3.

Cathedralicum.

- 1 **T**AXA Cathedralici est duorum soli-
dorum iuxta valorem locorum, &
consuetudinem . Barbos. *de potest. Ep. al-*
leg. 86. nn. 43.44.
- 2 Non potest Episcopus imponere no-
niam taxam nomine Cathedralici. Cong.
Episc. 15.Junii 1619.
V. Igitur Episcopi nn. 41.

Censurae, &c.

- 1 **L**iceat Episcopis in irregularitatibus
omnibus & suspensionibus ex deli-
cto occulto prouenientibus , excepta
ea , qua oritur ex homicidio voluntario ,
& alius decimus ad forum contentiosum
dispensare. *Trid. eff. 24.c.6.*
- 2 Negatur hæc facultas inferioribus Epi-
scopo, licet habeant quasi Episcopalem
jurisdictionem. Decisum resert Garz. p.7.
cap. II. nn. 13. O. 17.
- 3 Item ijs Episcopis, in quorum regione
non est receptum Concil. Trident. De-

cisum referunt DD. apud Barbos. *alleg.*
39. num. 3.

- 4 Conceditur confessario Episcopi, si hic
indigeat. *Barb. ibid. n. 15.*
- 5 Cui conceditur à Papa absolutio à casi-
bus Papalibus, licet non intelligatur con-
cedere casus in Bulla Cœna , conceditur
tamen facultas absoluendi à censuris re-
seruatis Episcopo, quas ipsem sibi re-
seruauit. *Suar. de cens. dis. 8. secl. 5. num. 11.*
14. O. 15.
- 6 Potest Episcopus dispensare à simonia
occulta, non tamen rehabilitare obtinen-
da beneficia, seu retinenda. Decisum re-
serunt DD.apud Barbos. *loc. cit. n. 44.*
- 7 **F**orensis potest dispensari in prædictis
ab Episcopo, in cuius Diœcesi conmo-
ratur, non auten à suo Episcopo absen-
te . Decisum resert Garz. *par. II. cap. 10.*
num. 139. in 3. declar.
- 8 In dispensationibus prædictis potest il-
le tantum Episcopus , qui habet iurisdi-
ctionem ordinariam in eum , cui conve-
denda est dispensatio . Decisum resert
idem *ibidem.*
- 9 Potest etiam , si sit extra suam Diece-
sim, dispensare in prædictis . Barbos. *al-*
leg. 39. num. 7.
- 10 Occultum in his dicitur, quod non est
notorium , licet sciatur ab aliquibus. Bar-
bos. *ibid. n. 21.25.*
- 11 In fine causæ non probatum est occul-
tum. *idem ibid. n. 32.*
- 12 Censurae nō debent publicari eo appa-
ratu, & forma, quibus Roma. Bulla Cœ-
na. *Congr. Episc. 2. May 1601.*
- 13 Publicata ab Ordinariis , & nedum à
Sede Apostolica , mandante Episcopo ,
publicentur à Regularibus in eorum
Ecclesijs, & seruentur Trid. *eff. 25. cap. 12.*
de Regular.
- 14 *Absolutio per totum . Excommunicatio*
per totum . Legatus num. 7. Regularium iura
sub Episcopis num. 42.

Census .

Vide . Contractus .

ADDITIO.

- 1 Tollit omnem contrariam consuetudi-
nem, & possunt Episcopi cogere conu-
maces